
HERACLI TUS
DEMOCRI TUS
EMBLEMATA
POLITICA:
Authore
Iuſto Reiſenbergio
Iuris Profeſſore
ordinario
Amſtelod.
Apud I. Ianſſonium
Anno 1632.
Prudentia
Eloquentia

VIRTVTIS ET
egregiæ eruditionis laude
florentiſſimo,
NICOLAO NECK
PATRITIO HORNANO,
ET IVRIS LITERARVMQVE
Candidato S.

QVæſivi cui hunc Emblematum libellum, quem efformavi, dum longo ne tempore,

Torret quarta dies, olimque domeſtica febris,

offerrem: nec offendi cui locarem bene; non quod deſint quibus aut debuerim aut potuerim bene: ſed quod dum quæro aliquem, & accido modo affectanti, modo ambienti, modo contemnenti; & hos nolo, aut ſi quando volui nunc muto. Liceat mihi cum Cujacio Icto-

rum Principe, & quem quotidi verſas, tecum præfari. Et dum to recenſitis, recognitis præteritiſqu pertæſus longæ recenſionis, præter eo etiam eos quibus poſſem debe remve, mox ex æqualibus tu occur riſti unus, cui locarem bene, qui cæteros cum ingenio, tum induſtria & diligentia ſingulari longè antecel lis, meque ſupra alios, juriſque rationem tradendi caſtiorem vehementer complecteris. Ac ne quic ſecus faciam, etiam obſervat Wiſſenbachius noſter, homo juris diſciplinâ non perfuſus, ſed imbutus quem ſumma tibi amicitia conjunxit. Ecce jam igitur tibi velut ab utroque munus, quod liberale tibi erit; qui dum Muſas colis ſeveriores, ſtudiorum amœnitatem quæris. Ad Juriſprudentiæ autem arcem tanto cum conatu contendis, ut ſuffla-

ſufflaminandus videaris. Et rectè facis, quod civilia ſtudia tam diligenter tractes, quæ & ætatem hanc decent, atque ornant genus, unde originem repetis, per affinitatem claris patriæ tuæ familiis innexum. Te non inhonora ſeries parentum extulit: ſed honeſtate & cenſu præſtantium, quorum gloriam in majus quotidie provehis, dum literarum ſtudia ſummopere complecteris, & Aſtreæ ſacris initiaris. Sic dignum te præſtas ea ſpe quam ſeniores generis veſtri & affines de præclara ingenii indole & concitatione, ſtudiiſque aſſiduo labore fatigatis certò conceperunt. Avunculus tuus vir conſularis maximâ cum dignitate & auctoritate faſces moderatur, ut ea opibus firma, copiis locuples, uſu commerciorum felix ſit: reliquive Reipubl. munia laudabilia diligen-

ter adminiſtrant. Macte te eſſe ju
beo iſtis decoribus, & porro inſiſte
re directum illud ad honores & di
gnitates iter: & ut numeroſius te
cum loquar,

*Creſce vigor parta virtutis, nomina lau
dum*
Sparge per ætatis ſemina prima tuæ.
Edita doctrina ſapientum templa ſerena
*Ingredere, ingenii atque accipe daqu
notas.*

Vale, & ſalve literatæ juventutis
non inficiandum decus. Dabam ad
Amſtelæ ripam, IV. Kal. Sextil. An-
no M. DC. XXXI.

In

In Emblemata Politica clariſſimi doctiſſimique Viri D. IUSTI REIFENBERGII I. V. D. ET PROFESSORIS in Academia Franekerana,

Epigramma.

Ad Lectorem.

ADſpice, quam paucis proſtet Prudentia chartis,
Ut niteant pictis faſque nefaſque notis.
Adſpice Socratico manantes pectore voces,
Verbaque ab erecto digna Platone legi.
Quo valeant monitore Duces, reſpublica, faſces,
Quove eadem ſpreto mox monitore ruant;
Pingendo docet hic ſcriptor, pingitque docendo,
Atque animum pulchra faſcinat arte tuum.
Ut ſi non poſsit Virtus, niſi viſa, placere,
Plus oculis poſsit picta placere tuis.

C. BARLÆUS.

Ad Cenſorem Author.

CVm laudes verbis Emblemata noſtra Latinis
Cuſa, & Lipſæum hæc vis redolere ſtilum.
Dic mihi cur eadem diſpungis, & eſſe figuras
Non hunc ad captum livide cenſor ais?
Emblema obſcuris rem dicis ferre figuris
Sub lucem, & tacitis inſinuare notis.
Meque jubes oculis lepidos ſpectare libellos
Alciati, & quicquid gratia ab arte dedit.
Affirmas planis me ſingula dicere verbis,
Obſcuriſque notis verba latêre negas.
O bone ſi intentè excutias Emblemata, pictos
Invenies mores, clauſaque verba notis.
Sint faciles licet uſque notæ; tamen eruta paucis
Verbis invenies multa, acidumque ſalem.
Lipſæum eſt, Senecæque patris facili ire per altum
Remigio, & tritis rem trutinare modis.
Hoc egi cui nota aulæ myſteria pandit
Auguſta Tacitus lumen in Hiſtoria.
Tu verò noſtris incluſa Emblemáta libris
Deſine laudare,& dein lacerare ſimul.
Imperfectè olim quæ cœpi Emblemata, plenis
Reddo modis, limæ prodigus ipſe meæ.
Ingenuaque fide fateor multa eſſe lituræ ob-
noxia,quæ primi temporis aura tulit.
Hæc malè cum feci propriis induco lituris,
Et cenſu minuo, Juridico & capite.
Abſint à reliquis, abſint à corpore nævi:
Lectorem docilem cætera ſponte trahunt.
Sed magis atque trahent magis, ut cenſura notavit
Altera defectus,quodque redundat epos.
Inde vaporatâ lector mihi ferveat aure,
Et faveat linguis, atque animis faveat.

De

De Patria ſuâ Idem.

SI verum dicunt, ſi verum a emblemata narrant :
Patria jucundo dicitur eſſe loco.
Si verum eſt verbum, ſi vera eſt linea verbi :
Omne viro forti eſt patria ſola ſolum.
Eſſe iſtud verum, verum iſtud dixero verbum :
b Artes terra omnis promovet, omnis alit.
Eſſe iſtud dicam, nec me proverbia fallent :
Artes terra omnes comiter omnis habet.
Surge anime : invictis animis patriam tibi ſponde:
Eſt alio, & culto patria noſtra loco.
Philoſophi ſumus: hanc, ubi claram vivere vitam eſt,
Ducimus : optato patria noſtra loco eſt.
Saxoniá in nitida me fovit lenè Viſurgis :
In gremium recipit Belgica culta ſuum.
Antiquas revidere domos, patrioſque penates,
Turba peregrinis hoſpita ſparſa plagis
Geſtiat, ejecit vel quem de ſedibus imis
Vis major, rabies Martis & indomiti.
Tu mihi chara vale Adnobiis in montibus hærens
Hegera : ſed nequeo dememiniſſe tui.
Et commendo tibi modici patrimonia cenſus,
Hæc quæ ſervavit cura paterna mihi.
O parvi noſtrique lares, quos thure minuto
Aut modico exornat ſedula farre manus.
A tegete & baculo tutam præſtate ſenectam.
Eſt facunda mihi & nuda ſenecta malum.

a Emblema Alciati in oblivionem patriæ.
b Τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει.

Amphitheatrum Elogiorum, & vituperiorum: cui convenientia Emblemata unà cum explicatione præmittuntur; & Reſpublica 1. Principe. 2. Præmiis. 3. Poënis. 4. Sacris. 5. Civibus. 6. Juventute, extruitur.

EMBLEMA I.

Uſque tenax adamas hircino ſanguine tinctus
Molleſcit, facili pervius inde notâ.

Sanguine molleſcit.



Emblematis ratio, cum elogio.

Princeps univerſæ Reipublicæ caput eſt, quem venerari, & cum interioris animi adfectu colere par eſt; cujus fulcrum auctoritas, adverſus omnia, ut adamas invicta. Auctoritatem illam malus etiam apud cives, atque animis illorum ſibi conciliare videtur. Nam abſque eâ Harmonicum illud corpus univerſi ne ad momentum quidem conſiſtere poteſt. Reipublicæ exequias ire licet, ubi Auctoritas nil niſi nomen, & invalido terrore ſubnixa eſt. Nam quemadmodum adamas, nobiliſſima inter gemmas, hircino ſanguine, eoque recenti maceratus, malleo frangitur: Ita gravis Principis autoritas, benevolentia erga cives emolliri debet. Ego Principem meum, Gulielmum Ludovicum Naſſovium, Friſiæ Gubernatorem (ô illum è bonis!) ſincero humilique cultu ſemper proſecutus ſum. Non aliter certè factum: quippe patrem illum inclytum & magnum refert, & doctos, quos notos habet, (in aliis enim Martem ſpirantibus occupatur.) valde amat. A qua quidem laude paucos hodie cenſere licet. Sed tu infelix fama nuncia, quid me laceſſis, quid impetis? Obiiſſe his diebus heroem; illum omni memoria dignum, & paterni ingenii effigiem, hic calamus ſtupet. Ecce eum abjicio, & Patriæ Patri juſta funebria hîc exſolvo. Sed tu Belgica & Patria luctum ingemina, tu ô Mea, inquam, Patria: tua oculum amiſiſti, quæ animam.

Quis tibi defuncto reparabit Patre ſalutem?
Rebus in adverſis quis tibi Neſtor erit?

Ceſſum etiam indicito, ita volo ſive cupio civis tuus, Domino illi meo æternùm devotus, quo ſuperſtite ſuſpirium falsò duxerim. Iacet illa nunc publicæ ſecuritatis ſphæra, illud bonitatis & benignitatis ſingulare exemplum. O aliud ſidus è Pharo nobis affulge, ſed certum, ſed benignum & optatum. Princeps, nempe, Heros,

 Pater,

Pater, bonarum literarum, ſine quibus Reſpublica tumulus, egregie ſoſpitator. Quo ipſo inferias has claudo, & in Dominum pietatem obſigno. Qui obiit 31. Maii. anno 1620.

Ad Illuſtriſſimum Comitem GVLIELMVM LVDOVICVM Naſſovium, Friſiæ Gubernatorem.

MAgne Comes, patriæ pater, & victricibus armis
Inclyte, quem virtus magnis heroibus æquat,
Qui ſapiens nobis felicia ſecula donas.
Si facunda mihi nunc tot ſint ora, quot annos
Nuncia fatidicis aſſcribit fama Sibyllis,
Laudibus obruerer: Lybici nequeo æquoris idem
Dicere quam multæ Zephyro turbentur arenæ.
Te decus & niveis victoria concolor alis,
Quacunque incedis circumvolat agmine facto.
Belgica victorem tollit ſuper æthera famâ;
Quæ teritur bellis civilibus, & duce tanto
Perſtat adhuc contra dubii certamina Martis.
Te belli haud retinet quiſquam feliciùs artes,
Sive opus invicta muniri caſtra dolabra,
Seu faciem pugnæ componi valle relicta.
Tu ſine labe pius, cujus provolvitur aris
Relligio lacerata genas, fœdataque crines.
Quicquid & in terris cenſetur nomine ſanctum
Auſpiciis viget omne tuis, ſtrictaſque ſecures
Non metuit caſtis gens Friſica dedita ſacris.
Creſce ſalus patriæ cunctos complexa penates,
Dignior ante alios pervivere, flore ſenili
Et fato ſcriptas ævi tranſſcendere metas,
Qui faciles motus generoſo pectore dignos
Concipis, & blando cives dignaris amore,
Obſequio, non ſervitio parêre volentes.

EMBLE-

EMBLEMA II.

Non melior Rutulo Tros, quamvis nomina patrum
Iactet, & in medio plurima ſigna foro.

Tros Rutulusque fuat, nihil intereſt.



Emblematis ratio cum elogio.

I*Vpiter apud* Virgil. lib. 10. *Veneris & Iunonis litem ſuper Trojanorum & Rutulorum cauſa ita reſolvit:*
Tros Rutuluſque fuat, nullo diſcrimine habebo.
——ſua cuique exorſa laborem,
Fortunamque ferent; rex Iupiter omnibus idem.
Rectiſſimè. Hic enim Rerumpubl. error eſt, ut exteros planè ad munia officiorum & dignitatum non admittant: contra hæc Rerump. pernicies eſt, ut exteris plus quàm indigenis & incolis tribuant. Ego locum cordato facio, Tros Rutuluſque fuat. i.e. ſive incola, ſive alienigena, modò rectè conſulat. Qui rectè cõſulit, Conſul fuat.

AD IOANNEM RONCHEGALLVM à D. Antonio Matthæo I. C. affine, poſtliminio editum.

SAncta Themis, ſubvecta polo, noſtro inclyta ſeclo,
Quæ Nemetum fulges irreprehenſa ſolo.
Exere te terris: ſupplex fit turba clientum,
Et ſervit laudi curia tota tuæ.
Legum ille ingreditur myſteria ſacra tuarum,
Difficileſque vias lumine mentis obit.
Explicat immenſi perplexa ænigmata juris,
Et firmo leges alligat ille jugo
Cùm ventum ulterius, nodoſa volumina rerum
Solvit, & ex uſu ſingula quæque refert.
Accipit Hetruſcum pulchro Germania cultu,
Authoremque ſcholis pulpita docta ferunt.
Qui reus eſt, ſociatque reum, hinc jura ardua diſcit;
Nec fora, nec tabulæ hoc inficiantur opus,
Quæ claudunt querulis vadimonia juncta libellis:
Nec ſchola, juris apex inficiatur opus.

EMBLE-

EMBLEMA III.

bertas nimio quæ turget pondere lætas
Evertit ſegetes, triſtibus aucta malis.

Segetem ſternit.



Emblematis ratio cum elogio.

O *verum illud Poetæ inter ſatyricos Principis,* Sat.6
——————ſævior armis
Luxuria incubuit, victumque ulciſcitur orbem.
O illud verum :
——————turpi fregerunt ſecula luxu
Divitiæ molles!
Nam ultimum malorum luxuria accedit. Sed in cop aliqua felicitatis copia vix aliter eveniet. Nam ut ſegetem nimia ſternit ubertas : ſic animos rumpit immoderata felicitas. Stet tamen Reſpublica bonis legibus, & priſca pietatis, ſanctimoniæque ſecula redibunt. Deu faciat, quem hîc cum ſuſpirio veneror.

Laus Bataviæ, & eorum qui in beatis illius inſulis.

IN Batavis Pallas, mercatu nobilis Hermes
Certant, contiguas & poſuêre domos.
Solis juncta domus; magni compendia mundi
Cum referat Sol hinc pulchrior ipſe polo.
Arida cum tota hîc deſcendit aranea telâ,
Et perfuſa luto porticus ante nitet.
Hîc Venerum ſedes, facilem queis nuncia morem
Fama refert, laudis buccina falſa minùs.
Iuſta laboriferis tribuunt hîc otia Muſis,
Queis ſceptrum Aonii ceſſit Apollo chori.
Proveniunt largè ſine curâ & ſemine meſſes,
Arvaque Mercurio fuſa repente calent.
Inſula læta ſolo, atque opibus cumulata beatis
Pandit iter, dubio ſola quieta ſalo.
Cui mare, cui ſemper litus famulatur avarum,
Effundens pleno munera grata ſinu,

Omnibus

)mnibus è terris; vento implet vela ſecundo
Cui mare, quod geminos mugit ad uſque ſinus,
'na tot undarum è concurſu lumina profert,
Et vaſto Oceano pabula multa refert.
<eddit at Oceanus quicquid Tagus egerit auri:
Vota beat populi navita puppe frequens.
Quod Tagus & rutilâ volvit Pactolus arenâ
Aurum ingens tenſo folle trabeſque vehunt.
linc varias merces mercator mutat ab ortu
Litus ad occiduum, ſolis ab igne calens.
'rima dies, & ſera dies huic dividit æquor,
Quod fecêre æquum claſſica pulſa fretum.
.ccurrit Moſchus, quem denſum frigus adurit,
Et ſeptemgemino quiſquis ab axe riget.
lon inviſus Iber, non turba inviſa Quiritum:
Anglus cum Gallo mutua jura colit.
elligio quos disjungit, commercia jungunt:
Scilicet in nummis vis operoſa latet.
os qui feciſtis æquum mortalibus æquor,
Ingentes animos tollite: at haud alios
eſpicite ex alto: neu faſtus prodigus adſit,
Luxurientque oculi, luxurientque animi.
.dſpiciat ſine labe domum, vitioque carentem
Filius, & tangat limina ſancta nurus.
xornent poſtes virides in limine rami:
Vela domus morum provida cura regat.
ircumdent corpus pretioſo murice veſtes;
Sed mage ſubmittat pectus amica fides.
oſſius ille mihi facilem ſe præbeat, illud
Grande decus ſecli, lumen & ingenii.
uem quamvis Germana ſuis aſſcribat Oréas
Civibus, ad Nicri nobile nomen aquas.
lud clara tamen ſibi vendicat Amſtela nomen,
Et Batavi dicunt inſitione ſuum.
antenus tabulæ cui vectigalia pendunt,
Ille animi totus candeat officiis.

EMBLE-

EMBLEMA IV.

Creſcit ad irriguum cum mox arbuſcula flumen,
Supprimit hanc denſis arbor opaca comis.

Umbra premit.



Emble

Emblematis ratio cum elogio.

Vlcherrimæ Reſpublicæ habeant ſua columina, ſua lumina, unde acerrimam in noctis umbrâ lucem accendere queant. Habeant Conſos, habeant Neſtoras, bonorum ingeniorum magnos patronos, qui doctis faveant, r magnatibus aut proceribus eorum fidem & accurationem commendent, ex quorum conſilio illi ſentiant. Fit lias enim, ut abſque delectu, aulæ & fora illis hominibus impleantur, qui copulâ gentilium & amicorum agni, cætera ſteriles ſunt, non aliter ut cupreſſus. Arres invidæ vetulæque ſubnaſcentes arbuſculas umbrâ â premunt, nec ſinunt efflorescere. Non ſic faciendum nioribus Magiſtratibus, ſed invitandi potius & adjuandi juvenes. Eraſm. in ſimilib. è Plutarcho.

d Nobiliſſimos & Ampliſſimos viros, Franciſcum de Aerſen, Dominum in Sommelsdyck, Illuſtriſſimorum Ordinum ad Regem Galliæ Exlegatum, eorundemque ad Sereniſſimam Rempublicam Venetam Legatum. Anno 1620.

Et Rochum Honherdium Supremæ Curiæ Hollandiæ & Zelandiæ Senatorem primarium: eodem anno.

JOn ſpatii agnoſcit, clauſi aut faſtidia circi
Illibata ſuis numeris & pondere, Virtus.
tra hominum metas neſcit conſiſtere, neſcit,
tius emolitur iter, cæloque propinquas
ffectat ſedes, caput inter nubila jactans;
Genii ſecura ſui, modo dividit illuc,
ic modo ſperatos jucundo lumine fructus.
im virtus ſine flore ſuo, ſine perpete fructu
uid niſi truncus iners, vani niſi nominis umbra?

Sparge

Sparge roſas *Franciſce* manu, ſparge indole purâ
Virtutis radios in dias luminis oras.
Purpura te laudat,trabeataque ſceptra verentur.
Atria te curas regales inter & aulas
Devotum accipiunt, regni & myſteria pandunt.
Exere, pacato te nobis exere vultu.
Boterumque acie ingenii dum pervolat oras,
Accipe Belgarum ſiſtentem in limine curſum.
Quamvis ille quidem magnum protendat Iberum;
Non tamen autor obeſt, Batavis concluſus ab undis.
Te vivo vivant artes, animamque trahente
Non candor Batavus, non blando gratia vultu,
Quam decorat gravitas, ſtudiis exculta ſeveris,
Deſtituat pulſas ſylvarum valle Camænas.
Non virtus excelſa gradu, non didita virtus
Aerſeni,patriæ tantum ſe prodit in oris,
Nec pulchram tantum laudem puer incola novit:
Excedit metas hominum, non terminus illi
Quà ponit ſua jura mari, ſua pondera terræ
Arbiter. ô terræ lux invidioſa Batavæ!
Honherdi flos ille hominum, ſpes inclyta Phœbi,
Et ſpes & ratio, hac quâ tempeſtate Camænæ
Se velut ex umbrâ tollunt in luminis auras,
Cum prius eſuriens migraret in atria Cleio
Vallibus Aoniis, & Apollinis æde relictis;
Cui ſe tot cathedræ, tot doctæ pulpita turbæ,
Cui ſe regna dicant Muſis ſtudiiſque ſacrata,
Cui Themis, ille oculus ſummum tranſcribit honor
Ingenia aſpicito quam verno flore redundent!
Haga tuas laudes, & quà ſe porrigit Haga,
Illa Venus mundi, pandendo debita juri,
Ornatu potiore canit, fixiſque tabellis
Inſcribit tantæ monumenta inſignia laudis.
Nominis aura tui ſic ſemper grata vigebit,
Quà nomen virtutis erit, Suadæque Quirinæ,
Quocunque in populo celebris, quocunque ſub axe.
EMBL

EMBLEMA V.

ecce gerit ſpicam molli redimita coronâ;
Plaudite vos pueri; plaudite voſque ſenes,

Spicam gerit.



Emble-

Emblematis ratio cum elogio.

Pace an bello Romani ſe magis exeruerint, & potentia magnitudinem auxerint, in ſcholis & triviis Politicorum diſceptatum. Pace (quæ fœmina illa,) inquam ego, è qua rerum opulentia fluit, appellatione ſpicæ ſignificata. O tu Deus miſerator æquâ pietate nos adſpice, & pacis ardorem, pacis inquam, non dubiæ & intutæ proceribus infunde. Ita rogat, ita ſupplicat tibi Germania.

Ad Ianum Rutgerſium Sereniſſimi Regis Sueciæ Conſiliarium, & Legatum.

PROPEMTICON.

HEinſiades flos ille virûm, mens enthea vatum,
Doctrina ipſa, ſuis numeris laudata fideſque,
Quem thalami nova jura tibi junxêre propinquum,
Quem junxere mihi tot in uno pectore Muſæ,
(Illi Graja loqui Pallas dedit ore rotundo,
Romano illius ſe pectore multa vetuſtas
Condidit, & major collectis viribus exit.)
Me jubet Heroo nunc altius ire cothurno,
Auſpiciis placare novis, votiſque ſecundis
Terraſque tractuſque maris, cælumque profundum,
Quicquid & immenſæ metimur finibus æthræ.
Exorere ô ſidus, lux ô felicibus aſtris
Edita, venturi prænuntia certa diei,
Ducque per ambages, & cœca ſilentia lunæ,
Extremoſque ſoli dubii, pelagique receſſus
Inſignem virtute virum, cui purpura mores
Compoſuit, patreſque jubent præferre ſecures.

Nu

ınc tepet apricis jucundus odoribus aër,
ınc regnum Zephyritis habet, nunc ventilat auram.
ıam doctâ fovet arte ſolum, modo promtius urit
ım frigus denſat bigas, modo ſegnius inſtat,
ynthius æthercam cum librat in ardua flammam!
ım rota præcipiti curſu volat, aura benigna
ınc has nunc illas extrudit lumine blandas
atiolas, ſpirat ſenſim, & ſe proluit auro.
erra tenax ludit picti miracula campi,
tentat verem, & naturæ prodiga dona.
ecus, I patriæ Toga priſca, atque affere pacem.
on fremit in triviis ſæva cum grandine vernus
piter, & multo deſtillat penula nimbo.
ı nobis pax alma veni, ſpicamque teneto
va, ſalutiferâ frontem circumdata oliva.
e bidens, vomer, vigeant, pax candida ducat
b juga curva boves, deducat ſidera cælo.
ınc nova ſperati veniet mihi temporis ætas,
ıtatæ venient artes atque otia noſtra.
cula tunc hominum genus aurea tranſiget, Arctos
petuis totum componet legibus orbem.
: dies illuceſcet (quid ringeris Ate?)
ıceſcet adhuc ſupero concitus ab axe.
nc geminas pax alma tibi ſacrabimus aras,
te pedes cadet alba tuos tibi grata columba.
erea ipſe ſacris operor, cultæque Minervæ,
am Jus Cæſareum,& veterū genus omne librorum
buit invita turba, (procul eſte profani.)
mque ſacris operor, vigiloque in commoda noctes
blica, non tranquilla mihi dant otia Muſæ:
ıitto ſtudii certiſſima pignora noſtri,
ırem illum ingenii, quæ fert monumenta Poëſis,
ıorum jacturam queror, & feſtiva querentur
genia, hæc primiſque inſcribet pagina verbis:
elix iter, infelicia litora; ſurda
Voces quæ bibitis, quæ bibitiſque mele.

EMBLE-

EMBLEMA VI.

Apparent gemini, felicia ſidera cælo.
Nunc mihi tempeſtas inſidioſa vale.

Gemini apparent.



Embl

Emblematis ratio cum elogio.

UT in media tempeſtate Caſtoris & Pollucis faces geminæ dirigunt nautas; iiſque cælo lumen ſuum xerentibus, ſpes propinquæ ſerenitatis affulget: Ita oſt nebulas veritati Religionis obtenſas, lux oborta hoines illuſtrat, & ſignum quaſi effert ad expectandam laritudinem diſperſam per omnes gentes. Olim faciente Carulo Magno, omnis doctrina atque morum diſciplina, i cultiſſimis iſtis Monaſteriorum & Abbatiarum ancellis concluſa tenebatur. Tantum Religioni ſeculi ietas contulit, ut regias divitias & opes illi fulciendæ r ſanciendæ profuderit. Nos purâ illâ & Apoſtolicâ de clari, non nomine tantùm, ſed re ipſâ, quid ingeniis ut impendere poſſumus aut volumus? Tu Deus miſeator da, ut procul miſſis fucis, in atriis iſtis avitis, lumanitatis & Pietatis Candidati verâ fide tibi ſeriant.

In Annales Seynenſes.

Ac ſacra votivo venerer myſteria cultu,
Antiquaſque domus, quas religioſa parentum
ontulit officii pietas & gloria ſecli
plendida; ſolemnes heîc inſtaurabimus aras.
am video, puris facibus conſurgit Olympus,
t loca quæ pietas priſco ſplendore notavit
luſtrat jam pura fides, placidâ advolat alâ
andor, religioque altâ cervice vagatur,
umque Fide pietas; colitur concordia, longâ
ace ſalutatas firmans concordia dextras;
t nova votivâ referantur fana tabellâ:
npleт ſancta Dei paſſim nunc templa canoris
loquium vocale modis, & dona feruntur.

EMBLEMA VII.

Præſtite * *Palladio ſtat felix Græcia, neſcit*
Ipſa ſalus alio poſſe juvare modo.

* Virgil. 2. Æneid.

Sub Pallade tuti.



Emb

Emblematis ratio cum elogio.

Ermaniæ & Patriæ Prætorium eſt inclytum illud Cameræ Imperialis Iudicium, verè pacis & ſecuritis publicæ Palladium, quod tot tantiſque Iuriſconſul- viris præſtantiſſimis abundat, ut Iuſtitiam hîc ſe- u fixiſſe omnibus conſtet. O laudabile totius Imperii rmanici facinus! Originem ſceptri ſi repetis: Eruen- juſtitiæ causâ reperies, olim bene moratos reges nſtitutos. *Catonis priſci voto meum adſonet,* Forum ricibus ſterni. Lipſ. in Polit. lib. 2. c. 11.

Clariſſimorum virorum in Imperiali Camerâ Spiræ elogium.

Ad librum ſuum, Nomotheſiam Decreti Spirenſis Anno M. D C. ſancitam.

Parodiâ *Val. Martialis lib. 1. Epigr. 2.*

Onga domus properè veſtîgas limina feſtæ,
Cum tibi parve liber patria tota vacet.
ſcis heu neſcis veteris faſtidia Spiræ:
Nuntius & pars hîc civica jura tenent.
jores nuſquam tituli: juveneſque ſeneſque
Dant reſponſa, pares Cæſar & Ordo fovent.
dierint cum grande ſcphos, tunc pagina vivit,
Ibis ab intutâ miſſus ad ima manu.
e tamen incertâ fruere: illic nomina forſan
Donabunt veniam, nomina clara foro.
os colui, nomenque decus queîs adſtruit, illa
Inclyta Romanæ numina juſtitiæ.
faciles hæc noſtra legent, facileſque probabunt,
Tunc faſtidito gratia nulla perit.
que bonos inter ſi tempora parva moraris,
Non artâ poteras tutior eſſe domo.

EMBLEMA VIII.

Qui labyrinthéos geſtit tentare receſſus,
Vtatur filo Dædale magne tuo.

Filo duce.



Emblematis ratio cum elogio.

Celſiſſima gloria ac laudis iter plenſſimo gradu ſequuntur, qui vel literarum officinas & Gymnaſia narum diſciplinarum, ſuis impendiis & ſtipendiis inſtruunt, Muſarumque domicilia Reip. bono amplifi-nt, vel etiam collapſa rurſum excitant, & novis muribus augent. Quemadmodum heroicam hanc munifi-ntiam in nova optimarum artium Academia erigen-, maximo animo ac graviſſimis conſiliis jam jam deomptam dare illuſtriſſimum Comitem Holſatiæ & haumburgiæ, Principem S. R. Imperii Erneſtum, iraculum illud magnatum, non ſine ſingulari volupta-, & lætiſſimâ gratulatione omnium literatorum aunus. Suis quoque laudibus vehendi, qui provehendis cademiarum & ingeniorum optimorum ſtudiis, opem apud Principes & proceres navant: qui commen-tione & benevolentiæ teſtificatione illos proſequunr. Cui certè Principum ſtudio, ut rectè Kirchnerus in orvillerio *cenſet, omnes veteres illæ ſtatuæ & Pyrades, in quibus ocioſa & ſtulta pecuniæ (verba* Eraſmi Similib. *ſunt.) oſtentatio, omnia antiqua Pompeji & ti theatra, omnia ſpectacula, & vetera Periclis prolea, longiſſimo intervallo cedere coguntur. Nam ut larinthum ingrediens neceſſe habet, ut utatur filo: ita i literarum ſtadium ingreditur, opus habet aliorum trocinio & favore.*

Ad Waremundum de Erenberg. I. C.

QVem tot ſcripta patrem, quem tot præconia noſtri
Grande decus ſecli tollunt, pius aſſere Muſas.
patrocinio ſine ſollicitudine triſti
ommendant Everharde tuo, fractæque reponunt
te ſpem, cujus felicia tempora nutu
genii Mæcenates, doctæque cohorti
gregios donant, decus ad ſublime creatos.

EMBLEMA IX.

Cur fucum facis, & prætendis inutile velum?
Ecce manus velum ſubmovet, ulta dolum.

Velo remoto,



Emblematis ratio cum elogio.

V publicarum rerum rectionibus, quàm malè Iuriſconſulti vulgò audiant, in conſpectu, in propatulo eſſe, ro. Bonæ fideiprobique commatis I. C. laudatum eſtumque eo; cumque inter primos qui juſtitiæ ſacra iuſta legitimè facit, quóve excelſior dignitate eſt, conſtantius lineam Boni & Æqui, in cauſis & publicis & privatis, ad legum normam & amuſſim flet, velo remoto, ſine diſcrimine, ἀπροσωποληπτως, etriticis & fruſtrationibus. Audi hoc Iuriſconſultum vibex & fori tintinnabulum qui Ius excurias.

Ad Petrum Hagen I. V. L.

Rdua juſtitiæ dubium quem ſemita nunquam
Traxit, & ambiguæ non tenuére viæ;
ic Dea ſolemni titulos, & nomina ritu
Deſtinat, in priſcâ præmia ſuêta togâ.
ſignes apices, & claræ lucis honores,
Muniaque in trepido mox obeunda foro.
nde fores Aſtræa: tuis advolvitur aris
Myſta, ſodalitii pars potiorque tui.
acte animi Themidos pars ô mi Petre ſeveræ!
Quem fallax nunquam ſemita ſubripuit.
renua florentem quem vexit ad æthera Pallas,
Ingenio cujus Perſica ceſſit iners.
lita doctrinâ Gallorum templa ſerenâ
Teſtor, Avarici limina Biturigum.
que Ubios teſtor, pubis florentis Athenas,
Quas humili ſemper Rhenus oberrat aquâ.
c tibi rubricæ tenero ſub pectore curæ,
Diſcendique vices, & mihi notus amor.
æ tibi ſolemnem laurum deſpondet ad aram
Eunomie, paucis: hanc reverenter habe.
ſſipet incoctum generoſo pectus honeſto
Fumos, quaſque ferit ſubdola turba ſtrophas.

EMBLEMA X.

E Phœbi tripode aufertur ſententia plana:
Et cortina fidem fallere certa nequit.

E tripode Phœbi.



Emblematis ratio cum elogio.

I Republicâ quæ ſtat talo quod dicitur recto, κοινὸν ·γαθὸν aliquod eſt. Quod verò illud? Nummus. O te nibaſium iſtum triparcum! Vir excellens oraculum ·itatis eſt, à quo velut è tripode Phœbi conſilia ex-runtur, Vir excellens inquam, illud commune bonum, ad ἀγαθὸν κοινὸν eſt.

Cedant divitiæ, cedat ſtupor urbis, & exſors.

Nec Petrus Gregorius Tholozanus in Politicis *hoc ·dem præterit, ſed facundiſſimè eloquitur, virum quem eruditiſſimum, etſi magnis alatur ſumptibus, ·itati præſtare & famam & opes, cùm ad eum exte-·onfluant.*

Ad Johannem Henricum Alſtedium Naſſovium.

Ierides ſpretæ, (tanti hæc mihi numina non ſunt.)
Quæ te non minimâ fecerunt laude Poëtam,
tremum hunc æqua concedite mente laborem.
ıca meo Alſtedio; cui mens ſibi conſcia recti,
rmina ſunt dicenda, neget quis carmina noſtro?
·ſtro, cujus amor tantum fovet anxius artes,
ıantum vere novo vitis tenera implicat ulmos.
ıis genus Heroum, patriæ quis neſciat urbem?
·tutesque, virosque? Etiam ſua nomina noſtris
ſſoviis ſunt. Quos veteres ſalvere colonos
ſe jubes patriæ Genius? dicam ardua, dicam
·mina, ſed major rerum mihi naſcitur ordo.
vat Hoenonius, veterum ſtirps illa Quiritum.
ma eſt Naſſoviæ Alſtedius, tota urbis & orbis
oria, & hæc ipſi fatis eſt debita tellus.
ıem ſi fata virum ſervant, ſi veſcitur aurâ,
·ant Naſſovii: tectis ſuccedite noſtris.
·ant Naſſovii: collato pectore mixtos
ngat inabruptâ concordia longa catenâ.

EMBLEMA XI.

Indocti Bavios obvelat laurea MævI:
Ornari neſcit maximus arte lyræ.

Laurea MævI.



Emblematis ratio cum elogio.

'terna ingenia ejuſdem accurationis,præferantur ex- rnis. Labentis enim Reipublicæ ſignum, peregrini, , ut laurea Mævi obvelat Bavium: ita ſe invi- iornare atque evehere conantur, licet nulla eru di- us laude & prærogativa emineant.

Ad concivem ſuum Iohannem Textorem.

Ertant externi de palmâ, judice certant
Ingenio, multas anticipantque minas.
rtant in patriis Phœbus queîs prodigus oris;
Nec fert ſubmiſſis faſcibus imperium
genium docile, & felix opulentia rerum;
Aſſeritur patriæ ſpeſque decuſque domus.
lvena quid dicit? ne brachia dirige contra
Torrentem: ô vox hæc vana magiſterii!
ce fidem, atque artes famâ ſuper æthera notî
Noſtrates pangunt perpete laude bonas.
ı civis patriam fatis melioribus urges,
Aſſeris & proceres, aſſeris & patriam.
factum bene! nos votis animiſque favemus,
Omne tibi punctum deferimus ſtudii.
ıſcenteſque iſtos in ſecula plurima libros,
Aſſerimus ſtudiis, aſſerimuſque fide.
: contra puteal nos ſuſtentamus iniquum
Spe; fore mox ſtudiis conſiliiſque locum.
uamvis fallaci Prætoris vicerit urnâ
Gratia: mox dabit his moribus aula locum.
ive diu felix, meritam tibi porrigo palmam:
Non ſtat ab arbitriis laus tua fulta novis.
erge Deo duce de ſtudiis pulchrè ipſe mereri,
Et patriæ curam perge probare tuæ.
atria det ſtudiis victrix, det jura Camænis:
Ad famam pergas ire bonis avibus.

EMBLEMA XII.

Aſpice convexo lucentia ſidera cælo :
Aſpice grande poli ſidera ſumma, decus,

Cælum inſigniunt.



Emblematis ratio, cum elogio.

Vemadmodum cælum aſtra inſigniunt: ita clariſſimæ & vetuſtiſſimæ familiæ illuſtrant Rempublicam.

Familiæ Matthæorum in Haſſia, ad patrem ſuum.

Vi patrium nunquam temeraſti fidus amorem,
Atque animi rata ſunt ſymbola juncta tui.
cipe connexos quos diſſertamus amores,
Nec non perſcriptis fœdera pacta notis.
nciliante Deo tædas quas ipſe paraſti,
Accipe: nam virgo eſt muneris iſta tui,
njugii pars una mei, quæ ſola parenti
Nunc ſupereſt, generis ſola propago ſui.
iio fœminei ſexus, cui gratia morum
landa, pudor roſeo purpurat igne genas.
ſine labe domus, veteres imitata Sabinas
Cui ſanctos mores tradidit, una domus.
genus excutias, ſunt nomina clara parentum,
Jſque per innumeros fama recurrit avos.
iſconſultæ dicam præconia linguæ?
Et Medicinarum encomia rara legam?
pater & nati, profitentur jura nepotes,
Ore docent Medici filius, atque nepos.
ia Forſtero ſeniori nupſit, Athenis
Nicrinis noto, nec minus Heſſiacis.
ſtero, qui grande decus tunc juris & ævi:
Henric-Iuliades quod dat habere * ſcholæ.
inius hanc decorant, Goeddæus lumina gentem,
Qui gentis gaudent inſitione pari.
Brunſwigenſis nova Cancellarius aulæ
Huic addit decora, ut filia nupta venit.
i ego majorum maculabo ſtemma, nec unquam
A virtute gravi degener ibo procul.

* *elmſtadienſi Academiæ.*

EMBLEMA XIII.

Cum format greſſum, & campo luctatur aperto,
Cervicis plauſum nobilis optat equus.

Plauſu regitur.



Emblematis ratio cum elogio.

Lauſu & benevolentia præclara ingenia excitanda, & in uſum Reip. dirigenda ſunt.

Ad Iuvenem in ſeculi gloriam natum.

Ɔregii ſincera patris Petrine propago,
Horrida Vandalico quem tenet ora jugo.
id veteris voveat rigidus virtutis alumnus,
Accipis, & memori pectore vota tenes.
la ſonent, Martemque velint, queis prodiga virtus:
Tu potes & patriæ miles, & eſſe ducis.
ipit in te patris honos, & in indole vivit
Pulcher honos, duplex gloria militiæ.
te vivit avus, vivit ſpes læta parentum,
O quanta elatæ ſemina mentis alis!
ignes titulos etiam ventura ſenectus
Aſſerit, innocuam ſpemque fidemque animi
eret, & pietas memori ſub corde revolvet,
nque homines pietas, inque Deum pietas.
n te falſus honos juvet, & ſincera bonorum
Congeries ſpernit nomina cum titulis.
c meritam laudem haud vulgat ſibi conſcia laudis;
Ipſa tenax animi propoſitique tenax
lix exopto felix mihi ſpondeo, ut iſtos
Queis fama applauſum datque facitque, queas
jacios æquare ſenes per didita acuti
Ingenii, & ſtudii dia reperta tui.
genii monumenta tui, multâ indole fuſa,
Queis famæ longùm perpetuetur honos.
: facilis ſplendor, facilis te purpura morum
Imbuat, & toto gratia plena ſinu.
cipe me placidus, cui neſcia pectora fuci
Scripſit amor, rigido pronior obſequio.

Non

Non mea me fallit Conſtantia, cujus ad aram
Sacra obeo; blandus fallere neſcit amor.
Virtutem te propter amo, doctamque juventam,
O juvenis Divæ maxime myſta tuæ!
Inſidias diſprevit amor, quas læta juventa
Conciliat, virtus hîc ſua regna tenet.
Ebria facundo non ſunt tibi pocula vino,
Non vitium eſt noſter quo capiatur amor.
Pura placet virtus, purique in pectore mores;
Innocuo vati maxima Diva placet.
Hoc pignus ſibi ſervat amor, clauditque receſſu
Pectoris, & votis proſpera fata cadunt.
Bella ſonent, Martemque velint queîs prodiga virtus,
Tu potes & patriæ miles, & eſſe Ducis.
Ingenuus patriæ miles, cum plurima virtus
Poſcit opem, & pacem purpura ſola regit.
At Ducis, imbelles quoties Mars vergit in hoſtes,
Hoſtica ſive tonat, civica ſive ſonat.
Compoſiti mores, felix Prudentia ab uſu
Debita ſunt paci nomina, tuta togâ.
At ſibi prompta manus generoſo inſignis honeſto
Templa tenet Marti debita, tuta ſago.
Utrumque eſt à patre tibi, quem laurea duplex
Excipit, & linguæ gratia blanda polit.
Sed vanos titulos & vanæ inſignia laudis
Neglige, Socratici pectoris uſque tenax.
Te non ambigui faſces, non mobile vulgus,
Sed leges teneant & pia jura fori.
Interea rigidus ſi te Mars trudat in arma,
Militiam & revocant ad nova ſigna duces.
Tu miles potes eſſe Ducis, tu pondera ferri
Geſtare, & clypei inſignia cum calamo.
Quo virtus te cunque trahit, ſit gloria præſto,
A Marte invicto nil ſibi Muſa timet.

EMBLEMA XIV.

n diſperſa volant rapidis ludibria ventis,
Quæ folia inſcripſit ſacra Sibylla manu.

Folia Sibyllæ,



Emble-

Emblematis ratio cum elogio.

Certiora foliis Sibyllæ, de quibus Poeta:
Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.
præcepta & conſilia, cum rerum eventu hiſtorici propo-nunt: ideo prudentia Politica è veterum certè libr haurienda eſt, quod ſæpe ajebat Brabantiæ Conſiliarius Præſes Richardotus. Certè noſter ille Iuſtus Lipſius fecit, qui civilem doctrinam eorum monitis & verbi exædificavit, ordine & diſpoſitione aliquâ ſervatâ. In reſperno lactentem prudentiam, quam compendiis in cludere hodie ſatagunt multi: cum magis, Ariſtote lumen tendente & porrigente, ſcintillæ & radii priſco rum iter vitæ civilis in ſuntem dirigant, quam faces novitiis iſtis accenſæ. Audiat à me juventus: Nun quam magnus erit, qui dictata magiſtrorum, crediderit
——Muſas Albano in monte locutas.

De Iuſto Lipſio meo,

τȣ ἀδήλȣ.

Vindex Attidis & Latina Siren
Iuſtus Lipſius, & medulla Juſtus
Noſter purior ingenI & Minervæ,
Modo comparili abrogare menda
Enituntur, & optimè potiſſunt,
Quæ ſtribligo fovet locutionis,
Et paſſim omnibus inſonant cathedris.
Lipſi paſſibus anteis, morantem
Juſtum fama trahet, bonæque votum
Fortunæ, modo ſerior ſenectus
Multis expediat comam diebus,
Multo tempore compleat juventam,
Nec totos tetricæ dies Minervæ
Donet, laurigeras tribûs ſecutus.

EMBLE

EMBLEMA XV.

onſtrũ horrendũ, informe, ingens, ſed fronte coruſcans
phinx, aulæ ſemper deſidet ante fores.

Sphinx præſtò.



Emble-

Emblematis ratio cum elogio.

IN Republica eſſe quandoque Sphingem, cujus conſi. & arbitrio Princeps omnia metiatur & putet, ext controverſiam mihi eſt. Ille ſcilicet ſolus ænigmata c ſuum, dubiorumque ipſo Oedipo felicius evolvere atq enodare poteſt. Fors & ænigmata cudit ſolus, quib explicandis ulla non par eſt poſteritas, ulla non ſuff. memoria. Et ſub hoc ænigmatum dubio eximiè priv tum commodum ſpectat. Quandoque tamen iſti,u pœnas luit exſolvitque, & ut ipſa illa Sphinx, ſe ipſa excoriat excuriatque. Spongia enim fit, & rebus ſ emungitur. O te formoſam meretriculam pecuniam, q de rebus & dignitatibus noſtris etiam ſæpe ludis: non ſatis eſſe putas hominem angi, cùm te tenet cuſtod que, niſi etiã ipſum peculio tuo exuas planéque mulct

Ad Sphingis Autorem, Johannem Heidfeldium.

DIxi equidem quondam, nec vano nomine dixi,
Me prompturum operi carmina pulcra tuo.
Sic dixi: ſed penſa mihi dum civica demunt
Jura, patrem Conſum atque in mea vota voco.
Excidit id tempus: nunc me culta illa Batâva
Terra vocat, doctis una corona viris.
Hoc tamen, hoc novi, tua ſparſa ænigmata metam
Non habitura illam; hoc nempe recurret opus.
Tunc furtim impendam præclaris otia Muſis;
Ætatem debet carmen habere meum.
Deme tamen titulum libro, vel deme nitorem,
Tota tibi libri pagina docta cluit.
Qui titulus proſtat, moritur; poſt funera major
Ille liber creſcit, majus agitque decus.
Ecce fidem teſtor, vitam liber ipſe refingit:
Præla animam, & vitam tot renovata canunt.

EMBLEMA XVI.

[J]unoni qui ſacra facit, devotus ad aram
Fel procul exemtum protinus omne jacit.

Sine felle.



Emble-

Emblematis ratio cum elogio.

PRonubæ Iunoni rem divinam facientes exemtum f[…] abjiciunt ad altare: quo ſignificatur à matrimoni[…] quod humani & divini juris, officiorumque communi[…] cationem interiorem inducit, bilem omnem procul ej[…] ſe oportere, de quo Taciti eximia ſententia extat: Ma[…] trimonium ad majora nitenti decus atque ornamentum eſſe. Certè auſpicatum familiis inclytis & nobilibu[…] quarum fama & dignitas hac ſerie ſe propagat. Au[…] quid idem author de Germanis prodat: Prope ſoli bar[…] barorum (ſcilicet quia non Romani.) ſingulis uxoribu[…] contenti ſunt, exceptis admodum paucis, qua non lib[…] dine, ſed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntu[…] Sanctiſſima ſanè eſt conjugalis amoris neceſſitudo, & individua vitæ conſuetudo, in ſpem generis & ſobol[…] conjunctio, ut juxta dictum Platonis, Deo cultores po[…] nos relinquamus, & arbores ſeramus quæ futuro ſecu[…] proſint. Conjugii nexus ut ſanctiſſimus, ita firmiſſimu[…] nec leve fribuſculum, ut Iuriſconſultus loquitur, inte[…] cedere debet:

——insigni geminet concordia tæda.

De nuptiis Wigandi & Annæ Hutteniæ.

Parodiâ M. Valerii Martialis, lib. 4. Epigram. 10.

ANna proco nupſit ſpes illibata pudoris.
Macte eſto votis ô Neonymphe tuis.
Tam bene ſerta ſuo junguntur pluſcula mundo,
Proxima Rhenanis tam bene vina favis.
Nec potius tangunt hederæ conſortia vites.
Nec plus piſcis aquas, præmia doctus avet.
Fulgeat adſtricto facilis concordia lecto,
Tamque pares ſemper ſors rotet æqua vices.
Ipſa ſenem colat, & non ipſi virgo marito
Tunc quoque, cum livet, poſthabeatur anus.

EMBLE[…]

EMBLEMA XVII.

ula quæ lepido geritur jucunda paratu
andatur; plauſu celſa theatra ſonant.

Fabula bene acta.



Emblematis ratio cum elogio.

QVomodo fabula, ſic vita: non quamdiu, ſed qu bene acta ſit, refert. Fabula nempe bene acta lau tur: ſic vita.

Tacitus XVI. annal.

Detur hoc magnorum virorum poſteritati, ut quo do exſequiis à promiſcuâ ſepultura ſeparantur: it. traditione ſupremorum accipiant, habeantque propri memoriam.

Tacit. in Agric.

Si quis piorum manibus locus, ſi, ut ſapientibus pla non cum corpore exſtinguuntur magnæ animæ: pla quieſcas. noſque ab infirmo deſiderio, & muliebri lamentis ad contemplationem virtutum tuarum vo Vt vultus hominum, ita ſimulacra vultus imbecilla mortalia ſunt, forma mentis æterna, quam tenere exprimere non per alienam materiam & artem, tuis ipſe moribus poſſis.

Epitaphium Chriſtophori Corvin celeberrimi Typographi.

HIc ſita Corvini ſunt buſta: ediſſere lector
  An conſtet pectus mitius aut melius.
Huic nive candidulâ pectus ſincerius, ipſa
  Erga homines pietas officioſa fuit.
Si cuiquam nocuit, nocuit ſibi, promtus in omnes
  Relligio inque Deum nixa fide enituit.
Si non relligio & pietas fuit anxia cordi
  Huic, certè hoc fruſtra quæris in orbe decus.
Siſte mihi Heroas qui certa brabéia tulerunt
  In ſtadio; & fidei hîc certa brabéia tulit.
Sunt pauci hîc pietas etiam quos ſobria laudat,
  Queîs functis, patriæ plaudere res jubeo.

EMBL

EMBLEMA XVIII.

ejor avis denſis ſtabulatur ubique vepretis.
Qui ſuffert illam tutius ille facit.

E nido extrahitur.



Emblematis ratio cum vituperio.

QVemadmodum nitedula è vepreculis ubi ſtabulat extrahenda eſt: Ita abnormia illa & ejidem mala publica è latibulis extrahi debent; idque è republica generis humani eſt.

Ad Juris diſcipulum rudem, qui altius emerſerat, anno 1620. ſcriptum & typis exſcriptum.


ESt locus, ignotæ non prodo myſtica Muſæ
Sacra, levis certum ventilat aura locum.
Hîc Doctoratus titulos fumante camino
(Tam facile hoc,) confert pars quotacunque ſchol
Non hæc vana fides: totas it fama per urbes;
Nec ſtudioſorum prodiga lingua tacet.
Audiit hoc noſter; primum ſe devovet illic
Artibus, hîc Juris ſemina prima legit.
Obtuſo ingenio ſic credulus, ut collegis
Et riſum atque jocum docta Venus faceret.
Sic abiit; puero ſed cùm connubia ſanxit
Et pater atque ſocer, limina prima terit.
Hîc ſtupuit nuptæ donum exitiale Minervæ
Laurea, & edixit: Tu mihi Doctor eris;
Juriſconſultæ pandat myſteria linguæ
Uxor, & afflictum ſoſpitet illa virum;
Servavit veluti conſultum juris & æqui
Altera; de quo nunc fœmina virque canit:
Aulica quod nullo pertractet munia cenſu, &
Nomine ſuſtentet grandia fulcra domus.
Gaude age mi Doctor, qui vivere diſcupis inſons
Tantum è colliculis arboribuſque tuæ.
At vos qui pubem teneras accitis in artes
Æditui, falſis plangite lacrimulis.
Pars melior vobis ceſſit, ſchola verbere multo
Increpat, & pretio conſtat opella ſuo.

EMBL

EMBLEMA XIX.

ulla dies abiit, quin deformârit Apelles
Lineolas, pulchri primitias operis.

Nulla dies ſine linea.



Emblematis ratio.

Commodùm jam nunc recordor illius, quod in ſeculu
& ſeculi nefandos mores dixiſſe aut ſcripſiſſe ὀρθο
δοξίας noſtræ Theologus Theodorus Beza, φωςὴρ τ
ἐλλογιωτάτων, dicitur. Quod verò illud? Seculum h
plus ſcientiæ, quàm conſcientiæ habere, palam præſcr
pſit. O verum verbum, non convicium! Seculi hic c
bus, hæc alimonia; & artium copiâ laboramus. Qu
verò noſtrum, gradum profert ad ſtudiorum praxin, c
pietatis illud depoſitum, cui literæ, cui artes ſubſe
viunt? Scilicet illæ ſunt, audiuntque ſolenni convici
lacunæ & ſordes. Ita nempe his involvimur, his inepi
mus, ut nunquam aquam illam pietatis & honeſtat
primis labris contingamus. In voculis, in ſyllabis,
minutiis minutiarum minutias conſectamur, & hoc ſ
lo gaudemus.

———pietas ubi nunc induſtria dormis?

Evigilate homines doctiſſimi, & πάρεργα ſint ſtudia i
nunc decantata, ἔργον pietatis exercitium. Nam
Apelles pictor queri ſolitus eſt, periiſſe diem, in q
non duxiſſet lineam: Ita Chriſtianus dolebit ſi quo c
non profecerit in pietatis exercitio, & ſe ipſo melior ev
ſerit. Eraſm. in ſimil.

SACRVM I.

MI Deus en devota tuo mens ſpirat & alget
Obſequio! ſpes certa quidem ſperare ſalutem
Me jubet, at trepidæ tangunt formidine vires
Pectus, inacceſſas niſi tu Deus optime pandas
Ambages, algêre meæ vim mentis & æſtum
Cernis. Abi terror, terret ſpes pendula mentem:
Sed tu ſumme Deus pacti non immemor icti
Aſpicis hærentem, & triſti ſub mole gementem.

II.

Vanta meæ moles labis, quantuſque profundæ
Horror, in obliquos qui prono tramite flexus
it erroris! ſed nunc, Deus ecce, furorem
ıcepi, ſpes læta mihi, ſpes fœta ſuperſtes.
n ruet in varias vaga cymbula noſtra procellas,
ediet curſum ſummi clementia nautæ,
et & ſordes, & vanæ opprobria vitæ.

III.

Hriſte tui Doctor populi, qui munere fandi
Terrarum tractus obiiſti, & ſacra docentem
m ſtupuit Judæ totâ cum plebe Senatus.
orem ſtudii teneris infundito ſulcis
diſcendarum legum, Latiæque loquelæ.
i me tenebris involvat devia vitæ
a: tu ſuperâ tamen arce faves pater illi
qui certo promittit fonte ſalutem.
ietas coquat, & ſinceri pectoris æſtus,
iç nulla meis in moribus anxia menda.

IV.

I Deus, infames qui, ſacra piacula, mores
Adfectus morſu ſuppiicioque notas,
fine tranquillæ fluxit mihi portio vitæ;
m terrent minimæ, crimina ſueta, minæ.
ice languentem & deflentem in limine vitæ
icis adfectus opprobria & ſcelera.
s trepidat, caſtoſque ſibi promittit amores,
luget vetitas, ſollicitaſque faces.
animi Deus, & delecto purior igne,
ffice felices in mea vota toros.

Tu rege labenteſque manus, animumque calentem,
Et prohibe fœdæ crimina nequitiæ.
Fac quodcunque voles; cæli patet ardua cunctis
Regia; & hoc tot ſuſpiria noſtra notant.
Hoc ſcio, quòd flenti pater arrîdes, pater æqui in
Nos animi, & totis viribus ipſe juvas.

V.

QUi peccatori veniam tribuiſſe fatêris
Chriſte, ô patre Deus, matre perennis homo,
Me labes, ſordeſque meæ contaginis urgent,
Menſuram exegi criminum, & indoleo.
Ablue peccati ſordes, vitæque magiſter
Me planâ ducens dirige fata manu.
Deficio, atque animus pendet, mens ægra fatiſcit,
Succumbuntque oneri tædia multa gravi.
Mi Deus in te ſpes tamen inclinata recumbit
Omnis, & à nutu pendet anhela ſalus.
Da rectis pater ingeniis, ut creſcere poſſint;
Nos ſumus attritæ fabula vana ſpei.
Decreſcit vitæ pars optima, tu rege fatum,
Qui regis humanum & quicquid in orbe genus.
Irradia tenebras,& cæcæ ſomnia noctis
Chriſte Deus, mundi lucida ſtella vagi.

V I.

HUmana nutu cuncta flectens, arbiter
Secli ruentis, prima ſpes mortalium
Deus benigne, ſupplici voto tuis
Advolvor aris, laudibus nomen tuum
Quî proſequar? tu me tenebris ernis
Caliginoſæ noctis, & promis diem
Purum: obruunt & inquinant me luxuum
Sordes, receſſit priſca terris ſanctitas,

Atq

ue innocentis diſciplina ſeculi.
:mpora, everſique mores ! tu mihi
is nitorem adſperge vitæ candidum,
paſque gratioſus omnes expia:
labe purus, integerque criminum,
e me remordent; diffiteri nil juvat.
mentis intueris intimos ſinus
idiani luce ſolis clarius.
oſta nobis A R A gratiæ patet.
: me juvat, ſpes anxium iſthæc me tenet.
quæſo noxâ confitentem libera,
favoris aura mollis adfluat.
cura quicquid ingenI conceperit,
e dicabo ſemper omne gratiæ.
erta vota volvat humanum genus
:ro feraci deditum, mihi placet
nquilla mens, & læta ſors cenſu brevi;
tus quietis, arrogantis nil ſibi,
fluctuantis inter ærumnas graves.
abo ſceptra, magna regum nomina,
iſque fulmen, aulicoſque turbines,
um latenter tranſigens ſilentio.
i hæc ſuprema meta, curſus omnis huc
tendit, hic felicitatis eſt apex,
nec beato cælitum jungar choro.

V I I.

tulerat faciem fortuna reciproca Phœbo,
eddidit extinctas pronuba Juno faces.
iter abſtulerat faciem, & ſua lumina Phœbo:
Reddidit extinctas æmula Luna faces.
ſpem divitiis oneratam Jupiter alter;
ic mihi plenam aufert perfidus è gremio.
c minor ut Jove reſtituat, nec fulmina mittat:
rotinus, æthereâ faxit ab arce Deus.

EMBLEMA XX.

Sub cinere eſt ignis parvo quandoque repoſtus;
Atque favilla ignem ſolvitur in nitidum.

Latet ignis.



Emblematis ratio cum elogio.

*Ectè atque adeo rectiſſime faciunt, qui rerumpubli-
carum collapſarum veſtigia etiam intuentur, & ex
præſentia intelligunt. Fragmenta Rerumpublica-
a ingenio reſtituenda ſunt. Nam ut ſub cinere ſepul-
delitéſcit ignis: ita ſub fragmentis ſcintillæ virtutis
Prudentiæ ſparſæ ſunt, quæ accenſæ alibi latè fla-
nt. Magnæ certe matris Romæ oſſa legenda. Romæ
s, cujus reliquias & velut cineres adhuc videmus,
crematæ non uno buſto, everſæ non uno fato. Scili-
hæc ipſa ruta & cæſa ſpirant etiam Romam vete-
, & velut ſcintillas emittunt priſci ſplendoris. Licet
iu omnia diruta aut collapſa ævo: ſine articulis ul-
riſci corporis, ſine membris. Tu noſter ex iſtis vete-
verum mihi vultum erue.*

Ad Reipubl. Candidatum.

Umani generis referunt exempla regendi
Rectores, domiti qui caput orbis erant.
trices linguæ tradunt documenta regendi,
'ictricesque manus fortia facta probant.
nonumenta licet monumentis pendere, verum eſt
ɔoctrina, & virtus quod ſacra biga cluat.
gula quid referam brevior? ſed ſeria morum
Regula te teneat, non hodierna Venus.
d pietas, quid ſancta fides? ſunt; nomina, tantum?
Nomina; quid candor? fucus iners vitium.
tutem inſinuant ſinuoſo pectore verba,
'erba quidem ſpondent lactea, verba tamen.
ta ſub ærato mendoſum tinniet auro
'irtutis ſpecies, & malè culta fides.
magis è nitido ſpeculo tibi collige formam,
it fonte è puro combibito latices.

EMBLEMA XXI.

Parvos non Aquilis fas eſt educere fœtus
Ante fidem Solis, judiciumque poli.

Sol explorat.



Emblematis ratio cum elogio.

Doleſcentiæ Principem rector ſtudiis datus & morum præfectus explorabunt; & pro illo monita ſelila, vota facienda. Illa verò avidiſſimè hauriet acetque; & hoc Adoleſcere *illud eſt.*

Ad Principem juventutis.

Um Generoſe Comes, genitoribus edite magnis:
Qui decus à ſerâ poſteritate trahunt.
na tenax veri noſtris te nunciat oris,
t patriæ repetis limina celſa domus.
tquam nativos finxit tibi Gallia mores
ngenuo, ſtudii viva magiſtra tui.
ıte ſerenatâ capimus nova gaudia cives,
Qui patrii cives poſcimur eſſe ſoli.
felix, & avita premens veſtigia gentis,
Nomen in æternis ſcribito imaginibus.
patris exemplum, patris te ſtrenua virtus
Excitat in laudis ſemina prima tuæ.
eneris viguit mentis flos, gratia prima,
ngenio viguit nobile germen avi.
ıcipeque ingenio magnorum facta virorum,
Queîs grandis virtus ſpondet herile decus.
pis honoratæ famâ ſuper æthera vectæ
Creſce decus, patriamque affere præſidiis.
c tibi militiæ Romanæ exempla probabit,
Quà te Mavortis Pullus in arma vocat.
nen & auratum perplexa ænigmata vitæ,
ıularumque ingens purpura diſſolüit.
modo præcipuâ ſpires magis ardua fama:
Artes exoſæ non tibi nomen erunt.
cte alacer populos pietate, & moribus æquis,
Heroo ſpirans fortia facta animo.
rpia non teneant animum compendia rerum:
Prênde decus generis, prênde virile decus.

EMBLEMA XXII.

Anchora turbatam retinet fundata triremem,
Cùm furit hinc Boreas, cùm furit inde Notus.

Navim firmat.



Emble-

Emblematis ratio cum elogio.

Ietatis & religionis cauſa in Repub. ſumma ſemper fuit. Motâ hac anchorâ, navis Reip. fluctuat, non aliquàm navis procellis jactatur, cui firma non eſt an-ra alto infixa vado.


Ad Matthæum Titum Moravum.

Um te Tite libris juvat impalleſcere doctis,
Quis non vocabit arduum te in literis?
mque animum obfirmas ſtudio Matthæe ſophorum,
Quis non vocabit inclytum ſcientiâ?
dum præceptis formas conſtantibus ævum,
Diiſque ſcitis imbuis nos perdius.
ſciat aut clarum quis te probitatis alumnum,
Verbis *Bonum* explicantem propriis?
num eſt noſſe Deum, notum ſanctéque vereri,
Bonum: nec ulla publicæ magis rei
chora fundabit navim turbante procella:
Quam lege certa cultus ille numinis.
periit navis turbantibus æquora ventis,
Ni firmet altis anchora inſidens vadis.
quoque rem populi videas traxiſſe ruinam,
Si non ſalutis ara firma naufragam
tineat pietas: reverentia numinis urbem
Solidis tuetur una preſſam machinis.
tera ſubſidunt: tu nobis Tite reponis
Hæc cuncta terſis explicata paginis.
ere contento ſic clarus ab arte pedatu
Ad ſumma, devovebo præmium tibi.
eret ordinibus doctâ te clara papyro
Mox fama, quæ vagatur oris exteris,
ſcia virtutum & meritorum, ſidera pulſans
Apollinari ſumma cæli vertice.

EMBLEMA XXIII.

Signum cera capit, ſervatque tenaciùs idem,
Quam primùm admoto lentiùs igne calet.

Sigillum imprimit.



Emblematis ratio cum elogio.

Vemadmodum materiæ molli, ut ceræ facilè ſigillum imprimitur; ſi duruerit non item: ita animis ado- entum teneris facilimè virtus & doctrina inſtilla- ; ſi duruerint ægrè. Academiæ artium morumque rices illæ ſunt, quibus vigemus, valemus patriæ ci- , ut eam aliquando ornemus.

Wilhelmum Hatzfeldium Bremenſem, cognatum ſuum, Philoſophiæ Magiſtrum.

m cæli facies Zephyris ſpirantibus auram
Effert purpureis candidam imaginibus.
nc & in Heſperio Chloris lepidiſſima campo
'lores multiplici germine conſociat.
nc lauri, teneræque vigent in montibus umbræ,
/erque hederas aperit, verque oleas aperit.
biat ut viridi tibi tempora docta coronâ,
ncingatque aucto Phœbus honore caput.
em vigili ſtudio quia te meruiſſe videmus:
'ræmia, doctrinæ præmia juſta capis.
enuum non hunc, non clara meretur honorum in-
gnia, Gorgoneis non madefactus aquis.
ſque Vacunus alit, non fas redimire capillos
llorum pulchris ex Helicone roſis.
virtus laus prima fuit, laus proxima virtus,
it tenero ſparſit rore Minerva genas.
primi juvenile freti te protinus ortum
bluit Ambroſiâ, & Flora revinxit item.
variis mentem eloquiis pius imbuis, artes
xcolis, ut verno tempore ſerta, bonas.
que altum moliris iter, veſtigia trita
'egligis, ingeniis anticipaſque decus.
te hac ſpe laudum doctâ prognate Minervâ,
elix laureolâ perpes in aureolâ!

EMBLE-

EMBLEMA XXIV.

Teſtudo egreditur quoties in luminis auras,
Hæc toties ſecum fert ſtudioſa domum.

Domum circumfert.



Emble-

Emblematis ratio cum elogio.

Multi peregrinas regiones & terras exteras adire negligunt, non abſimiles teſtudinibus quæ domum ſuam geſtant. Peregrinentur ſtudioſæ mentes, & do-ctrinam, prudentiam, cultum referant, felicem certè patriam, & ſe ipſa majorem.

Ad Bohemum *ξένια.*

Quæ te cauſa jubet Cattâ diſcedere terrâ
Carole, quæ mentem diſtrahit aura tuam?
'ole Pierios animo tentare receſſus,
'ui fuit à teneris impetus unguiculis.
uris eſt hauſta favis cui Suada Quirina,
Arbitriis cujus lenta Vacuna cadit.
'cia degeneres animos modò ſtrenua mulcet;
ufficit & longæ pabula longa moræ.
ı ita: Muſæi te magna palatia regni
loc à conſilio detinuiſſe velint.
'ta profeſſorum teneat te turba, Lycéi
umina, quos Princeps ſideris inſtar habet.
tamen, in patriam quia te vocat ardua cauſa
atris, inoffenſo tu pede carpe viam.
eleres iter, expectant te vota parentum:
'e pater in votis fertque refertque ſuis.
igilatæ artes tibi præmia digna rependant,
Sophiæque decus fertile ſurgat agro.
'c doctorum animæ geminent in gaudia vultus:
uguſtos loquitur Praga Bohema ſuos.
)ctus queritur, doctus ſpem fronte ſerènat;
'ertile doctrinæ prænituiſſe decus.
multis æſtus nummis & honore levabis:
ic multi tibi ſint, & ſine labe dies.

EMBLE-

EMBLEMA XXV.

Occultat gravido vitis ſub palmite fructus,
Vvaſque obſcuro detinet in gremio.

Sub palmite fructus.



Emblematis ratio cum elogio.

Vemadmodum in vite ſub luxuriantibus palmitibus fructus occultantur: ita in adoleſcente fructus in-ii & doctrina abſconduntur, deinde apparentes.

Ad Hubertum Piſerum Juliacenſem.

Dſpice luxuriâ qua ſe nunc arboris altæ
Flos probet,& ſpicas flaveſcens campus ariſta
as jam protrudat granis ſurgentibus! æſtas
ſpice quo nobis niteat nunc lumine claro!
óne ſpem lætam de pleno opibuſque referto
icipis Auctumno, & de plena meſſe triumphas?
óne ſpe frueris, certò Piſere futurum
uat alma Ceres, ut rumpantque horrea meſſes?
tè ſpe frueris; neque ſpe lactabere vana.
quoque, ſic decus oſtendis pubentibus annis,
eniique tui lux prodit epheba, Themiſtos
riviis clara,& radios quæ ſpargit eunti;
granteſque offers prima lanugine flores.
dubites igitur quin te mox fama ſequatur,
ira petis famæ voto qui candida primo.
ndeo maturos en parvo tempore fructus!
gnus eris, lentâque fori pugnabis arenâ,
peries aberit pulchris infeſta minarum
piciis, ruit ecce tibi bona copia cælo.
dubites; tibi turba favet quæ dedita laudi,
ue opulenta favet virtus: modo fervidus inſta,
laque loricet ſtudium, vegetumque laborem
cia, ſed Pallas te ſtrenua ſublevet, & quæ
go Jovis nata eſt ſupremi è vertice quondam,
a Pericléis, quæ labris mella propinat,
loqui reſponſa tibi det juſta rotundo.
tu corpus eris ſine pectore, vis tibi mentis
vida conſiliis patriam tutabitur olim.

EMBLE-

EMBLEMA XXVI.

Sæpius ore ſonat Romanus captus ab hoſte,
O mihi libertas illa paterna redi!

Libertatem optat.



Emblematis ratio cum elogio.

Vemadmodum Romanus captus ab hoſtibus ſæpè ingeminat:

O mihi libertas illa paterna redi!

nos Chriſtiani jus magnæ illius civitatis (cælum o,) cum gemitu deſideremus, & è Republicâ mortali immortalem tranſeamus.

Ad Hanovicum δεῖνα.

Ui volvit vigili doctorum mente labores,
Is multis palmam præripit in ſtudiis.
tudiis fauſto pede progrediturque, refundit
ectio cui cornu divite mentis opes:
íque poteſt ſtudii depromere commoda, rerum
Quando jubet ratio, convenienſque locus.
minùs in ſtudiis felici tramite currit,
Quem probitas morum condecorare valet.
æata domus patet huic fabrefacta columnis
xcelſis, quam non nequior ingreditur.
cum conveniant tibi, te decurrere clivo
n ſtudiis recto, nemo negare poteſt.
ime, Gymnaſii Studioſe induſtrie noſtri:
loquio polles, ingenioque vales,
n Mediatoris Chriſti deſcribere poſcis
erſonam, triplex officiumque refers
acris Bibliis, & dogmata vana refellis,
npia quæ latè ſpargere turba ſolet.
nus laude labor tuus, & tua grata meretur
pplauſum pietas, ſedulitaſque decus.
n qui noſſe ſtudet Chriſtum, notumque vereri,
n cælo patriam noverit eſſe ſuam:
cælum patria eſt, hunc & Reſpublica civem
agna tenet, ſpatio non peritura ſuo.
cœptis inſiſte tuis: ſic litore puppis
iſtetur, ſi vel per mare carpat iter.

EMBLE-

EMBLEMA XXVII.

Sub ſummâ ſervat cæli regione rotundum
Continuo motum ſedula ſphæra gradu.

Sic ſphæra movetur.



Emblematis ratio cum elogio.

[T ſphæra in perpetuo motu exiſtit: Ita Chriſtianus in continuo curſu ſacrarum meditationum erit, & ſtis Reip. magnitudinem, amplitudinemque cogi- t.

Ad Naſſovium *δεῖνα.*

Uandoquidem doctas te ſic juvat ire per artes:
Et florem ingenii docta cathedra polit.
manoque decus linguæ metiris ab ævo,
t ſpiras priſcæ nomina clara togæ.
laudo, & bona verba ſono, ſed voce Quiritum:
Jt ſint ex voto mitia fata tibi.
piſti bene: quod theſium ſyſtema tuarum
Comprobat, ingenii vivida lima tui.
petuo cæli quo certet machina motu,
rdine concinno, compoſitoque doces.
ius hunc animo prompto decurre laborem,
t patriæ ad laudem tu quoque facta refer.
c diſcendarum fiat tibi copia legum:
ngenii vernet ſpiritus ille tui.
taque te teneat præceptis clara Poëſis;
ſtreæ non eſt hæc aliena ſacris.
ctus teneri ſolidâ ratione premantur,
cque juventutis (lubrica fata,) calor.
premitur ſitiens Boreali Sirius aurâ,
e flaveſcentes fortiùs urat agros.
ibi quis miſeram vinoſus inebriet aurem;
e tibi nequitias præbibat ille ſuas.
ibus & ſtudiis adoleſcat noſtra juventus:
æc ſunt Socraticæ ſcita vetuſta ſcholæ.
ibus & ſtudiis adoleſcat noſtra juventus:
odicis hæc ſacri pagina ſacra notat.

EMBLE-

EMBLEMA XXVIII.

Exiguo ſeges illa è ſemine provenit ingens:
Adſpice quo plenus flore ſuperbit ager!

E ſemine ſeges.



Emb

Emblematis ratio cum elogio.

men licet exiguum, tamen in idoneum locum conje-
tum vires ſuas explicat. Sic è minimis maxima
urgunt, & minora rerum auſpicia voto applauſu
proſequi decet, ſine quibus majora non conſtant.


Ad Tilemanum Iunckerum concivem ſuum.

Sſiduo ſtudio quia ſacra volumina tractas
Scripturæ, pretium grande laboris habes.
n te dexteritas vanis eludet ariſtis
ngenii, votum explebit amœna ſeges.
am bene divinis junxiſti ſcita Minervæ
Codicibus, doctâ & Pallas in urbe favet!
limus, ut Logicam vibrâris ab arte palæſtram,
Vidimus, eloquii ut lumina contuleris.
rſiſti curtum nobis ſermone rotato
Enthymema, catæ quod docuère ſcholæ.
commiſiſti doctos perplexus elenchos;
Surgit acervatis mox tibi forma rotis.
nc pietas aperit ſacri myſteria libri,
Oraculum & Fidei conſona verba ſonat.
va fave, novus ingreditur tua templa ſacerdos,
Ingreditur laudi fana dicata tuæ.
iam bene! perpetui tibi ſpondeo nomen honoris,
Si modo propoſiti eſt alea jacta tui.
Deus adſpiret cœptis, non noſtra feretur
Fama levis, fora per didita, perque ſcholas.
ror in immeritum defigat ſpicula quamvis:
Laudabit mores Curia ſancta meos.
ntificum tabulas, & leges ære ligatas,
Nec non jura fori, diſcere cura mihi.

EMBLEMA XXIX.

Amiſſos nunquam fuco medicata colores
Lana refert; primo tincta colore placet.

Colorem imbibit.



Emblematis ratio cum elogio.

Bene illi Reipublicæ ſit, quæ alumnorum ſtudia juvat, dirigit. Nam, ut lana facilè imbibit colorem: felicia ingenia res maximas commodo patriæ facinè apprehendunt. Bene inquam, illi Reip. quæ alumnos hos rebus publicis admovet.

Ad Jacobum Henrici, concivem ſuum.

LUminis ingenium divini gratia vivax
Cui dedit, hic olim ſingula puncta feret.
dulitatis habet veræ, me judice, laudem,
Quem fovet Aonio Dædala Pallas agro.
ıemque juvat caput ingenuas efferre per artes,
Eſſe poteſt patriæ ſplendida fama ſuæ.
genium, Jacobe, tuum Permeſſide lymphâ
Fertile, quas vires in tua vota dedit!
tua mens ſolers doctas animavit in artes,
Ingenii ut poſſis explicuiſſe ſinus.
Sophiæ ſtudium tua te trahit ardua virtus,
Quod reliquis præfert per vada cæca facem.
juvat in Logico campo decurrere recto
Tramite, Caſtalio labra rigaſque mero.
ſatis eſſe putas didiciſſe fideliter artes;
lis exercitium jungere nempe paras.
cat ad extremam ſtudiorum carbaſa metam
rovida ſedulitas, aſſiduuſque labor:
gredere ô juvenis, generoſam invadito laudem,
laſſovicæque novum tu jubar adde ſcholæ.
ptata tibi ſic ſurget adorea laudis,
tque brevi meritò ſingula puncta feres.
video hoc factum: tibi nam commiſit habenas
Vida, juventutem quò moderére rudem.
lacido tandem juſſit conſidere portu,
d majora vocans ſpe meliore virum.

EMBLEMA XXX.

Mars rigidus blando complectitur ore Minervam,
Atque patrocinii priſtina jura vovet.



Emblematis ratio.

Quemadmodum Minerva galeâ atque clypeo Mart defenditur; unde cum ægide Pallas pingitur: It literæ & artes earumque ſtudioſi ſub tutela Rector magnifici ſecurè agunt. Ille Senatus & conſilii capu Nam Academiarum rectiones, Reipublicæ adminiſtr tionem referunt.

EMBLE

EMBLEMA XXXI.

arpocrates noli digito frenare labellum :
Eloquere ingentis Dædala facta Dei.

Hic loquitur Harpocrates.



Emblematis ratio cum elogio.

TVrpe eſt Politico in doctiſſimorum virorum congreſſu de natura arcanis neſcire loqui.

Ad Philippum à Langebach.

OMnia quæ tellus ſpatioſis excipit alis,
  Auctumno fructus adveniente ferunt.
Arboreos etenim fœtus tunc educat arbor,
  Quæ prius umbroſas induit alta comas.
Falce ſecat curvâ plenas tunc meſſor ariſtas,
  Demetit & ſegetes culta per arva novas.
Aſpice maturas quas vinea præbeat uvas,
  Ut liquor hinc dulcis ſtillet odorque meri!
Non aliter, generis vir præſtantiſſime clarâ
  Nobilitate tui, nos decuiſſe poteſt,
Mitia Pegaſei qui numina fontis amamus,
  Quam ferat ut tenues noſter agellus opes.
Hæc ego cum tacitâ cœpi cognoſcere curâ,
  Ingreſſus Sophiæ culta vireta catæ,
Occurrêre mihi fragrantia munera florum;
  Queis non hoſpitii jura negare velis.
Excipe pacato terræ naſcentia vultu,
  Magne vir, auxilio conſilioque potens.
Suſcipe, nobilium clariſſima gemma virorum,
  Ingenii flores judiciique mei.
Sique oculis luſtras picti miracula campi,
  In laudes dignas, ora reſolve, Dei.
Nam tibi planta ſuâ numen demonſtrat ab herbâ,
  Ornatuque ſuo multicolore nitet.

EMBLE

EMBLEMA XXXII.

um ventis implet Neptunus vela ſecundis,
Navita præruptum per freta ſulcat iter.

Vento ſecundo.



Emblematis ratio cum elogio.

Reipublicæ Candidatus rectè fecerit, ſi cultum magnis proceribus inſinuaverit. Abite Ariſtippi aulici in crucem, qui bonis ingeniis viam hanc præcluditis. Nam ut navigia ſecundo vento impulſa, feliciter merces in portum ferunt: ita ingenia fautoribus, & magnatum gratia adjuta, proſperè explicant doctrinæ copiam.

Ad D. Guilielmum Comitem in Sein & Witgenſtein.

HAs quæſtionum Juris in hortulo,
Qui fragrat iſtis ſemper odoribus,
Lectas virente flore, felix
Accipe magne Comes corollas.
Debentur illæ primitiæ tibi,
SALANA nobis inclyta quas dedit
E Juris intimo receſſu:
Nam pietas tua nota cunctis
Laudem meretur nominis & decus,
Et clara virtus munera poſtulat:
Quâ laude plurimâ triumphas,
Et patriæ reparas ruinas.
Hâc macte dignâ laudis adoreâ
Ut ſis futuri gloria ſeculi!
Faventiæque ſparge flores
Tempus in omne ſerenioris.
Sic te faventis gratia Numinis
Multos in annos ſoſpitet, & genus
Seynenſe: patrias ut oras
Fama vehat nitidos ad axes.

EMBLEMA XXXIII.

Mercurius felix interpres ubique deorum,
Pergit in Eoas, Occiduaſque plagas.

Mercurius caduceus.



Emble-

Emblematis ratio cum elogio.

NOſter ille Candidatus eò etiam ſpectet, ut variè ami- citiæ & familiaritatis commercio exteros colat. Ore domi & in Republica, literis ubique loquatur.

Ad Joh. Amos, Moravum.

QUæ laus præcipuis inſerere artibus
Lumen loquelæ mî cluat arbitro,
Noſti; & ſcit gelidis Dilla potens aquis
Pectus candidius nive.
Ex hoc divitias tempore congeris
Suadæ, quam celebris gloria ſeculi
Olim Romuleis mœnibus extulit;
Theſauros Sophiæ tenens.
Noverunt cathedræ, conſcia pulpita,
Et novêre, quibus mens calet optimas
Scrut ri & varias res ſtudioſiùs.
Iſthæc pagina comprobat;
In quâ judicii tangis acumine
In quâ melliflua gratiolâ eruis
Abſtruſa, & facili commemoras modo,
Quæ multos hodie latent.
Macte acri ſtudio, & divite copiâ
O chariſſime! te quæris in arduis?
Fac fac! te juvenem concomitabitur
Illuſtratus honos, veni!
Muſas, ingenio (nominis indoles
Præclara ut probat hæc,) auctus *amas* bono.
Dicam? *ornas* lepiduſque *omine*; perfice
Quod cœptum ſtudio bono.

EMBLE-

EMBLEMA XXXIV.



Emblematis ratio.

'Ynoſura reliquis ſtellis ſignat & deſignat iter. Scholarum Profeſſores juventuti praeunt, ut artium, um, & prudentiæ cultu adoleſcat. Quod voveo & do.

FINIS.

.9. lin. 12. prima in *Philoſophi, producitur propter urſum trium ſyllab. breviũ.* pag. 23. l. 10. *lege* ver.

SPECIAL 87-B
1081

THE GETTY CENTER
LIBRARY